

Portu Pallorum, ad faucem fluminis *Malmistre*, millia sunt decem, navigando per garbinum. Et notandum est quod puncta dicti Portus Pallorum debet per dimidium milliaris honorari: et si ad præfatum portum qui accesserit, unum inveniet ibi pallum, quod super puncta dicti portus Pallorum fixum manet continue; et caveat sibi a pallo portus proxime antedicto. — A prædicta autem fauce fluminis *Malmistræ* usque ad *Malo* millia sunt decem, versus magistrum per occidentem navigando. *Malo* portum habet, qui coram se duas habet parvunculas insulas, quæ sunt distantes quarta milliaris a terra firma, et prodenses tenentur ad insulam; ancoræ vero versus terram firmam figuntur, ubi duorum passuum usque ad tres aquarum profunditas reperitur. — A *Malo* autem, quod est quoddam castrum, usque ad faucem *fluminis Adene*, navigando per occidentem versus magistrum, millia sunt viginti.— A fauce fluminis antedicti, usque ad faucem *fluminis Tarsi*, millia sunt viginti, navigando per occidentem versus ventum qui dicitur magister.— A fauce vero *Tarsis* usque ad *Curcum* versus, garbinum versus per occidentem, quadraginta millia esse dicuntur: coram autem dicto *Curco*, quædam insula invenitur.— A *Curco* autem usque ad punctam faucis *fluminis Saleffi*, millia sunt decem, cum garbino versus occidentem navigando. — A flumine vero de *Saleffo* usque ad *Lenam de Labagaxa*, millia sunt decem, a greco et a garbino: dicta autem puncta de *Labagaxa* est valde plana, et in fundo sunt arenæ, et parvam habet aquam in mari bene per unum milliare. — A *Lena* vero de *Labagaxa* usque ad *Portum Pinum*, millia sunt quindecim, a syroco et a magistro: prædictus portus, bonum habet spacium, et bonum fundum retinet. — A portu vero *Pini* usque ad portum *Cavalerium*, decem millia sunt, navigando per quartam ponentis versus garbinum. Dictus vero portus, bonum habet statium et bonum retinet fundum. — A portu autem *Cavalerio* usque ad portum *Prodensalium*, quindecim millia computantur, a levante similiter et ponente: dictus scoliis habet statium intus, atque magnum fundum retinet: et in dicto scolio sunt quædam muralia, unde illic prope est statium. — A scolio vero *Prodensalium* usque *Sequin* millia sexaginta esse dicuntur, per quartam ponentis versus garbinum navigando: in dicto vero *Sequin*, possunt anchoræ figi, et inde coopertam recipit a ponente: similiter habet unum flumen quod labitur in mari. — A *Sequin* usque ad *Stallimurus*, millia sunt viginti, a greco et garbino: in dicto vero *Stallimurio*, possunt ancoræ flgi, et similiter oopertum habet a ponente. — A *Stallimuris*